

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

1. Maij. Calendæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

06(336)90



ANNI  
CISTERCIENSIS  
MAJUS.

1. Maij. Calendæ.

Vixit  
anno  
1212.



EATA SAPIENTIA,  
Cœnobij de Rameya  
sanctimonialis: cuius  
Angelicam vitam non  
paucis favoribus cœli-  
tes honoraverunt. Erat  
in amoris tui delicijs miraculum illud  
sanctimonie, Ida Nivellensis: quæ et-  
Deum si migrationis suæ definitam horam  
precii jam diu antè per revelationem cognos-  
bus ex- verat; adeoque in momenta singula  
pugnat illius, graviter ægrotæ, mors exspecta-  
retur: tuis tamen, aliarumq; precibus  
victa DEI Bonitas, tredecim anno-  
rum spatio illius vitam prorogavit, ac  
tibi mutatae sententiæ causas per vi-  
sum indicavit: non alias nimirum affi-  
gnans, quam lactymas & suspiria tua,  
quibus, si ex tam puro corde ascendat,  
nihil

nihil possit in cœlo denegari. Iisdem  
denique machinis veluti cœlum sanctâ  
violentia rapuisti: *Sic te per sacros amo-* Tēpus  
*rest tuos obsecro, ut de mea nunc salute so-* bene  
*licita, efficias, ne pretiosissimum tempus, impen-*  
*quod Deus mihi ad agendum pœnitentiam dendū.*  
concedit, per secundam sīnē fructu dilabi  
sinam, sed illud bene impendam.


B. BERNARD E Rhedonensis, Obiit  
ex humili discipulo S. BERNARDI, anno  
ab Eugenio III. sacro senatui purpura- 1155.  
torum Patrum adscripte, titulo Dia-  
coni Cardinalis SS. Cosinæ & Damia-  
ni. Qui haustam à sanctissimo institu-  
tore vitæ puritatem, & sæculi contem-  
ptum, pertinaciter retinens, manus tu-  
as ab omni munere tam sanctè custo- *Incor-*  
*divisti, ut rarum hoc in eo dignitatis ruptus*  
gradu elogium, cum totius orbis ap- cultor  
plausu, reportaveris: *Nondum natum justitie.*  
*esse, cuius aurum vel argentum in munus*  
acceperis. Quinque annis te Urbs ad-  
mirata est: post quos te cœlestis Curia  
ad repositam Justitiæ coronam evoca-  
vit. *Æterna nimirum lege statutum est, Justis*  
*ut ascensurus in montem Domini ingredi- cœlum*  
*atur sīnē macula, & operetur justitiam. patet.*  
Hanc tu me ita seclari doce; ut in die illa  
magna lætetur cor meum, quando coram  
justo Judice non mera iniquitas, sed ve-  
ra justitia inventa fuerit in me.

P

S. Ber-

338 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, ser. 55. in Cant.

Judiciū **Ego justicias judicabo.** [ps. 74.]  
Dei se- **Vias justorum** (*ni fallor*) & alii  
verum. **eorum discussurum,** & examinatu-  
rum dicit. Verendum valde, cum  
ad hoc ventum fuerit; ne sub tam  
subtili examine, multæ nostræ justi-  
tiæ (*ut putantur*) peccata apparent.  


2. Maij, 6. Nonas.

Obiit  
anno  
1616.

**B. C A N D I D E:** qui candidam inno-  
centiæ vestem sинe macula ad de-  
crepitos usque annos conservâsti. Et  
quanquam inter hæreticos Hybernos  
educatus fueris, adeò tamen à levitate  
morum & perverso dogmate abhorre-  
bas, ut anno ætatis decimo sexto ex  
Insula fugiens, solus sинe duce Roman  
petieris. In quo itinere mira felicitate  
usus es in vitandis viarum erroribus:  
bivium enim offendens, post pronun-  
ciata illa verba: **Vias tuas, Domine, de-**  
**monstra mihi,** & **semitas tuas edoce me:**  
**clausis oculis progressus es, ac per cal-**  
**lem, in quo perrexeras, semper ad de-**  
**sideratum locum ferebaris.** Romæ in  
amicum conterraneum incidisti: à quo  
ductus